



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvphrii Panvinii Veronensis Fratris Eremitae  
Augustiniani. De Praecipvis Vrbis Romae  
sanctioribusq[ue] basilicis, quas Septem ecclesias uulgo  
uocant, Liber**

**Panvinio, Onofrio**

**Romae, 1570**

De pulpito Bonifacii VIII. Papæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11316**

## 182 ONVPHRIVS PANVIN.

oratoriū sancti Laurentij, altero in eius medio. Postea est oratorium S. Laurentij, siue Sancta sanctorum, quod a multis & celeberrimis reliquijs ita appellatur. In fine vero porticus orientem versus prope magnā fenestrā, est altare supra veterem basim cum hac inscriptione.

**CALLISTVS PAPA III AN. MCCCCLVII.**

Porticus ineptis quibusdā picturis exornata est. Superfunt etiam nunc tenuia quædam vestigia veteris incrusteræ e lapillis tessellatis.

De pulpito Bonifacij VIII. Papæ.

**I**Nter aulā (quā salam Conciliū) uocant, & hāc quā supra descripsi porticum, est alia porticus oblonga, & de novo restituta, qua ad palatium ex basilica Constantiniana & sala conciliū iter est; in cuius fine occidentem versus est pulpitū marmoreum a Bonifacio VIII. factum, totum fere depictum, & emblematis ornatum. Pulpitum extra conciliū aulam porrectum est, totum è lateribus & marmore factum. Picturæ pro temporum conditione elegantissimæ existimantur, Cimabouis egregij pictoris manu factæ, qui primus Italiæ picturā post antiquos restituit. In his pictus est Bonifacius VIII. populo ex eo moniano benedicens, Constantini baptismus, & basilicæ Lateranensis exædificatio: multis in locis sunt familiæ Caietanæ, ex qua Bonifacius fuit, insignia, cum hoc elogio.

**DOMINVS BONIFACIVS PAPA VIII.**  
**FECIT TOTVM OPVS PRAESENTIS**  
**THALAMI.**

ANNO DOMINI MCCC.

*Anie*

Ante quas p̄xime descripsi porticus, est cāpus Lateranēsis amplissimus, aquæ Claudiæ formas pertingens, in quo olim fuerunt multæ præclaræ domus: in his Cancellarij, Camerarij, Episcopi Albanensis, & aliorum, quarum adhuc vestigia, & parietinæ supersunt. Fuit etiam ibi antiquitus M. Aurelij ænea equestris statua, quam Xystus iiiij. è sordido loco in augustiorem in area ipsa reposuit; quam postremò Paulus iij. in aream transtulit capitolinam. Nō abre autem in Lateranensi area diu fuit M. Aurelij equestris statua, quum ipsum his in locis natum fuisse referat in eius vita Iulius Capitolinus.

De aula quam nunc Salam conciliij vocant.

**S**inistra basilicæ Lateranensis parte est porta, qua p̄ ali quot marmoreos gradus ascenditur ad aulam ampliâ & spatiösam, quæ conciliij sala hodie P. nominatur. In cuius absidæ fornice est hoc signū L. O. E, id est, Leo Papa, qui musiueis signis ineptis eā A ornauit. Hec aula nostris temporibus Sala cōciliij dicitur, quod ibi pri mus (vt opinor) Eugenius iiiij. concilium celebrare disposerit, & nouissime Iulius ij. celebrarit. Antiquitus ab amplitudine Casa maior, vel ab auctore Basilica Leoniana dicebatur, quam Leo Papa iij. pontificum Romanorum vsui construxit, & exornauit. In qua diebus quibusdam solennibus, vt Paschatis, & Natalis domini, Romani pontifices cum Cardinalibus prandere solenni ritu consueuerant. Eam (vt scribit Anastasius Bibliothecarius) Leo iiiij. renouauit. Accubiuñ enim (inquit) quē Leo iij. papa à fundamētis construxerat, & multa in